

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Paul Tarnow Heinrich Vulpius

**Disputatio altera De Ministrorum Verbi Divini Officio, In Qua De Legitima  
Sacramentorum Administrandorum Ratione, Et Quaestionibus Eodem  
Pertinentibus Agitur**

Rostochii: Pedanus, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737584025>

Druck Freier  Zugang



1  
1  
1  
1  
1  
1  
1  
*Pist.: Mr. Michael*

*P. Tarnovius.*  
*R.U. theol. 1618.*



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn737584025/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737584025/phys_0002)

DFG


Disputatio altera  
DE  
**MINISTRORUM**  
VERBI DIVINI OFFICIO,  
IN QUA DE LEGITIMA SACRA-  
MENTORUM ADMINISTRANDORUM  
RATIONE, ET QUÆSTIONIBUS EODEM  
PERTINENTIBUS AGITUR.

*Ad cuius theses in ordinaria & anni-  
versaria usq[ue] mod placide examinandas,*  
AUXILIANTE DEO TRINUNO,  
SUB PRÆSIDIO

**PAULI TARNOVII**  
S. S. Theologiæ D. & Professoris,

*Respondebit publicè*  
M. HENRICUS VULPIUS Lemgovia-Westph.  
S. S. Theologiæ Studiosus.

*In auditorio majori, a. d. XII. Kal. Iulij.*



ROSTOCHII

Typis exscrispsit Joachimus Pedanus,  
ANNO M. DC. XVIII.





Uæ sicut præcipue partes officij ministrorum  
verbi divini, in quibus ut fideles sint requiritur,  
1. Cor 4. v. 1. 2. explicatum est superiori disputa-  
tione, nimirum prædicatio verbi & Sacra-  
mentorum administratio: de quarum priori cum  
ibidem egerimus, restat nunc ut de posteriori  
agamus. Duo vero cum sint Sacra-  
menta N. Testamenti, totidem etunt nostræ tractationis membra: I. De  
baptismo: II. De cœna: in utroq; quæstiones practicas, quarum  
cognitio in ministerio jam versantibus, vel ad illud se præparan-  
tibus, in primis necessaria est, solummodo attingemus, theoreti-  
cis ad alias oportuniores occasiones rejectis.

I.

## DE BAPTISMO.

### THESES I.

**D**E priori sacramento, quod est baptismus, acturi, quæstiones tractandæ  
in quinq; clæsses digeremus: in quarum 1. agetur de baptizantibus:  
2. de baptizandis: 3. de substancialibus baptismi ritibus divinitus  
mandatis: 4. de accidentalibus humana autoritate & pio consilio  
introductionis retentisq;: 5. de circumstantijs.

2. De BAPTIZANTIBVS fit 1. Q. Quo modo pastor bapti-  
zatus partim ipse affectus esse, partim circumstantes alios affe-  
ctos reddere debeat? Resp. D. Luth. in præfat. libri de ratione baptizandi,  
(qui Catechismo minori coniungi solet, & exstat alijs T. 2. germ. Ien. fol. 237.  
b. & seqq.) pastorem corpore sobrium, animo pium, sedatum, gravem & pro-  
bum requirit, qui munere suo in administratione baptismi recte fungi omni stu-  
dio & conatu enitatur, vitatus omnibus, quibus sacrosanctum sacramentum  
irreverenter tractari, & Deum contumelia affici videatur. Circumstantes vero  
cum testes baptismi, tum alios serio considerare vult & misericordiam infantis ad  
baptismum apparetati, & beneficium, cuius fit per ejus administrationem  
particeps: ideoq; non intentos esse in ceremonias ab hominibus administrationis  
additas, sed in piam ex fide devotionem & preceptionem, qua infanti baptizan-  
do succurrant, utrumq; igitur ut fiat, pastori opera sedulò adhibenda est.

3: Argumenta pro hac sententia, quam apud neminem pium in dubio esse  
confidimus, quia super vacanze putamus, non operose congerenda existimavimus:  
si quis illa requirat, eum remittimus ad considerandum partim dignitatem sa-  
cramentorum, quae non nisi reverenter, devote & religiose tractanda omnes  
pij non iniuit largientur: partim requisita omnium pastorum, inter qua non  
postremum est, ut sit typus fidelium in sermone, in conversatione, in dilectio-  
ne, in spiritu, in castitate, 1. Tim. 4. 12. partim praxin & constitutiones Eccle-  
siasticas, (vide Agenda Megapolensis, fol. 205. b. Saxoniae inferioris fol. 166. Stiriae à D. Chytræo conscripta & edita fol. 193.)

4. II. Q. An laico liceat in casu necessitatis baptizare? Resp.  
Nos affirmamus, negant Calviniani: (vide Calvin. lib. 4. instit. cap. 15.  
§. 20. Epist. 51. 229. 278. 326. Volum tractatum theolog. pag 349.  
Bezam parte 2. quæst. & respons. quæst. 140. parte 2. resp. ad Coll.  
Mompelg. pag. 137. Epist. 12. & alios.)

Laicus quis. 5. Laicum hic intelligimus, ex Pontificiorum loquendi consuetudine, ha-  
minem privatum, clero sive ministro Evangelij contradistinctum: tam  
masculum quam feminam:  
Casus necessitatis 6. Casus necessitatis appellatur ejusmodi casus, quando infans recens  
natus ita infirmus esse apparet, ut sine baptismo videatur moriturus, si vel acce-  
satur minister ecclesie, vel in templum & in cœtum ecclesie infans deferatur:  
ideoq; alterutrum sit faciendum, nimurum, vel ei moribundo conferendam à  
privato baptismum, vel permittendum, ut sine eo decedat, quia ministri publici  
opera ordinaria in ecclesia exspectari ne quies.

Aspergi aqua & pro. 7. Baptizandi verbo intelligimus duo: aspersionem aquæ & pronuncia-  
tionem solennis formulæ baptizantium: Ego baptizo te in nomine Patris, filij,  
baptizantium, huc & Sp. Sancti: que sunt substantiales partes baptismi: reliqua omnia, exor-  
cismus, lectio verbi divini, ceremonia, interrogations & preces sunt accessoriae  
& accidentales. quibus tamen in casu necessitatis dñe adjungi solent, nimurum  
brevis precatio, qualis est oratio Dominica, & testes ad minimum duo, qui una  
precentur & de baptismō testimonium ferant coram pastore. (vide Agenda  
Megapolensis p. 212. & seq. Saxoniae inferioris p. 172. a & seqq.  
Stiriae à D. Chytræo conscripta, p. 202. a.)

8. Argumentum nostrum præcipuum est unicum; id, tale: Eorum est  
baptizare, quorum est docere. Matth. 28. v. 19. Laicorum est docere in casu  
necessitatis, ut de multis mulieribus constat, de Debora, Iudicum 4. v. 4. Hul-  
da 2. Reg. 22. v. 14. Priscilla, Att. 18. v. 27. & alijs. E. eorum etiam est in  
codem casu baptizare.

Addit.

9. Addi alterum, idq; secundarium, potest, ex praxi ecclesiae primitiva, in cuius ferè exordio usu receptum fuit, ut in periculo mortis laici baptizarent, si minister in tempore non adesset, ut his ipsis verbis fatetur Calvinus l.4. c.15. §.20.

10. Porro quid cum infantibus ita baptizatio agendum sit, docet Luthe-  
rus T.8. lenensi germ. fol. 50. b. & seq. ubi tradit, eos esse deferendos ad locum  
congregationis ecclesiae publicam, non ut denud baptizentur, multò minus ut  
exorciscantur: sed ut primū inquiratur ex eo, qui baptizavit, & qui bapti-  
zanti adfuerunt, idq; præsentibus patrino, an verè sit baptizatus infans: quod  
si factum deprehenderit pastor, eundem baptismum deinde suo suffragio compre-  
babit, & de eo contestando patrinos commonesciet, deinde recitatione symboli  
apostolici, & historie de adductis ad Christum infantibus ex Evangelio Marcii,  
orationis Dominicæ & precationis ultimæ ex libello D. Lutheri de baptismo, con-  
firmabit. Quod si non certò deprehendet esse verè baptizatum, ipse eum ca-  
regorice baptizabit, non autem conditionaliter. (vide ibidem Lutherum,  
& agenda Megapolensis, Saxonica & Stiria, locis paulò ante  
allegatis.)

11. III. Q. An hæretici verum baptismum administrent? Resp. per dist. duplarem: unam hæreses, alteram subjecti, in quo hæret. hæresis  
enim alia impingit in substantialia baptismi, ut Antitrinitariorum, Arianorum,  
Photinianorum, Macedoniarum, Manichæorum, Valentianorum, & simili-  
lum abnegantium & blasphemantium trinitatem, in cuius nomine dandus est  
baptismus: alia finem & effectum baptismi, ut Calvinianorum: alia præter hunc  
de fine & effectu baptismi errorem, ejusdem ceremonijs humanas traditiones  
adjungit, ut Pontificiorum: ex his posteriores, quia verum baptismum in sub-  
stantialibus non mutare, legiteme baptizare possunt: priores verò tum demum,  
si error & hæresis privatim occulit à ministro tantum aut paucis soveatur:  
quod si palam & publicè grassetur, & totam ecclesiam occupet, nequaquam  
verum & legitimum baptismum ejus minister administrare potest.

12. Argumentum, quo haec sententia nostram inititur, est tale: Qualis est fi-  
des ecclesie, de his arciculi substantialibus, talis quoq; est baptismus: ut patet  
ex institutione, Matth. 28. v. 19. & ex Basilij epist. 78. Atque, inquit, iuxta  
Bartholomeum, ως παρελάσθη: μετεύχοι, ως Bartholomeo:  
δοξάζειν, ως πεπιστυργμόν, πετέρος καὶ ιων καὶ αὐτον πεπιστυργμόν.  
At fides ecclesiarum hæreticarum illarum, de quibus dictum, non est in substan-  
tialibus vera. E. nec baptismus.

13. Eadem argumentatio valit in contrarium de ecclesia orthodoxa &

ministro hæretico. baptismus enim est bonum ecclesie, non ministri. hic igitur, quantumvis infidelis & hæreticus, dat quod est orthodoxæ matris ecclesie publicum & commune, non quod suum est privatum & singulare.

14. IV. Q. An quia verum baptismum administrant Papistæ & Calviniani, liceat ad hos vel illos deferre infantes baptizandos? Resp. per distinctionem libertatis concessæ deferendi eos aliò, vel necessitatis impositæ. in priori casu partim nostræ confessionis necessariò testificandæ, partim scandali apud infirmos vitandi causa illicitum esse censemus: in posteriori, licetum: ita tamen, ut succrescentes moneamus diligenter de erroribus eorumdem fugiendis, in quorum ecclesia baptizatus est infans. quo nomine etiam conscius est plane secedere ex ijs locis, & in alia puriora migrare, quam in istis inquinatis cum periculo suo & suorum commorari. (NB. CALVINUS in hujus questionis altera parte sibi non constat: vide epist. 103, ubi scribit: Baptismus Papistarum, utcunq; mille ludibrijs scatent, efficaciam suam retinet. Epist. autem 374. ait; Satis est notum vobis, quam foedis & detestandis superstitionibus, adeoq; meritis Sathanæ ludicris, foedatus sit baptismus in Papatu: ut quisquis offert illic infantem polluat ipsum quantum in ipso est, non autem benedictionem Domini ipsi procuret. PETRUS MARTYR, eujus de hac questione consilium, uti & Philippi & Buceri, exstat in volumine tractatum theologicorum Calvini, fol. 521. & seqq. nobiscum in hac questione facit: idem tamen MARTYR T. 3. L. C. fol. 155. multis argumentis ostendere & probare contendit, Non licere hominibus Evangelicis, qui à nobis Calviniani vocantur, baptismum à Lutheranis accipere. Eorum præcipua sunt petita ex dissidio, eoq; non levi, nostræ & Calvinianorum fidei: cum quo D. PAREUS in Irenico c. 13. male consentit, qui in uno tantum doctrinæ capite, eoq; fundamentum directè non concernente, dissentire nos asserit.)

15. De BAPTIZANDIS sit 1. Q. An legitimè & in ecclesia edici partus, sed monstrosi sint baptizandi? Resp. per distinctionem inter monstra proprie & exquisitè sic dicta, in quibus ne quidem exterior species & forma hominis appetet, & inter alia abusivè & latè illa appellata, in quibus aliqua membra cuiusdam deformitas, que tamen non plane recedat à forma humana. priora non esse baptizanda cum Dn. D. Lutherò & alijs statim, posteriora vero baptizari debent.

2. Q. An

16. II. Q. An illegitimi nati infantes, qui spurij & nothi vulgo vocantur, sint baptizandi? Resp. affirmamus: negavit simpliciter Knoxus Scotus: vide epist. Calvini 283; secundum quid, ministri Heidelbergenses, ut eorum mentem explicat Zanchius lib. i. epist. pag. 192. nimis si parentes abhuc sint impoenitentes, qui spondere pro pia infantum educatione non possint.

17. Sententiae nostrae faveat, I. Dei iudicium apud Ezech. 18. v. 20. II. scriptura nusquam interdicentis auctoritas; III. Consensus partim veterum, de quibus unius August. testimonium ex epist. 75. sufficiat, partim recentium, siue nostrorum, ex quibus vide Hunnum lib. de sacram. cap. ii. de personis baptizandis, pag. 199. siue adversariorum, ex quibus duos tantum allegabimus, Zanchium in volumine tractatum theolog. p. 676. Perkinsum, lib. 2. de casibus conscientie cap. 9. pag. 307.

18. III. Q. An expositiis dandus sit baptismus, etiam si schedula affixa istum infantem expositum jam baptizatum esse iadicet? Resp. affirmamus.

19. Ratio hujus assertionis desumitur partim ex doctrina de necessitate, siue effectu baptismi: partim ex ejus administrandi modo in praesentia aliquot testium siue patrinorum, ut de eo baptezaris certior fieri possit quovis tempore vel ex hoc, vel ex ecclesie testimonio: (ad quem usum baptizatorum nomina peculiari libro inscribi utile est) partim denique ex mandato cum generali de procuranda juvandis aliorum salute, Col. 3. 16. partim peculiari de infantibus ad Christum adducendis, Matth. 19. v. 14. Marci 10. v. 14. Luc. 18. v. 16.

20. IV. Q. An excommunicatorum liberi sint ad baptismum admittendi? Resp. nos affirmamus: Calvinianorum quidam simpliciter negant, quod de Knoxo constat ex epist. 183. Calvini, de Neocomensibus ex epist. 9. Bezae: quidam eorum distinguunt partim inter excommunicatos, quorum nonnulli prorsus deficiunt ab ecclesia, ut apostatae, nonnulli ex parte tantum, ut flagitosi vita & moribus: horum liberos esse baptizandos volunt, modo idoneus sponsor de sancta eorum educatione interveniat, non illorum: (vide Bezae epist. 10.) partim inter tempora ecclesiae, quod facit Calvinus epist. 285. qui in renascente (hoc est, è Papatu emergente) ecclesia hanc lenitatem erga excommunicatorum liberos concedit, in confituta & adulata rigorem maiorem requirit, & ipsos parentes & sponsores primos intervenire debere assertit. De apostatarum sobole ibidem dissentit à Bezae, quam ex sanctis & p̄is atavis progenitam, quamvis apostata fuerint avi & parentes, ad ecclesias

ecclesiæ tamen corpus pertinere, sibi minime dubium esse scribit. Confer epist. 149. ubi aviam non audiendam esse ait de baptismo nepti, quod filiam claudendo extra ecclesiam, se privasse ait jure sponsionis, imo, quantum in se fuit, abdicasse à piorum communione.

21. V. Q. An hæretorum infantes sint baptizandi? Resp. per distinctionem hæreses, quæ est aut de ipsis baptismi substantialibus, aut non substantialibus. qui posteriori genere hæreses infecti sunt, eorum liberis baptismus est impertiendus, non qui priori. Calvinioni dissentunt, vide Calvinii epist. 149. Bezae quæst. parte 2. quæst. 134.

22. Rationem nostræ assertionis hanc afferimus: Omni in ecclesia nato infanti baptismus est impertiendus. Hæretorum baptismi substantialia retinentium infantes sunt in ecclesia nati. ubicunq; enim verus baptismus est, ibi etiam est ecclesia, ut habet vulgatus canon. E. ijsdem baptismus est impertiendus.

23. VI. Q. Numquid infidelim & extra ecclesiam versantium, v. g. Judæoram, Turcarum, Ethnicorum, liberi sint baptizandi? Resp. per dist. Liberi infidelium, quatenus & quamdiu parentes sunt infideles, & ipsi manent sub potestate eorum, sunt alieni à testamenti promissionum, ut loquitur apostolus, Eph. 2. v. 12. ideoq; sunt eatenus & tamdiu exclusi à signo & sigillo promissionum eorumdem. Contraria vero ipsorum est ratio, si vel parentum uterq; vel alteruter à paganismo ad Christianissimum conversu baptissimum accipiat, Act. 16. v. 15. 33. c. 18. v. 1. l. Cor. 1. v. 16. c. 7. v. 14. vel ipsi in potestatem & familiam Christianorum ita veniant, ut non alios habeant dominos, nutritores & tanquam parentes, quam ipsos Christianos. in quo posteriori casu eis assentimur, qui primum adolescere & Catechumenos fieri oportere, & cum demum, postquam amplexi fuerint Christianam religionem, baptizari debere statuunt.

24. VII. Q. An nondum editi infantes ex utero matris, (b. e. in eo adhuc vel tali vel ex parte existentes) sint baptizandi? Resp. negamus. nemo enim renascitur, nisi primum nascatur, ut ex Ioh. 3. v. 5. rectè colligit Augustinus epist. 57. ad Dardanum: vide etiam Gratianum dist. 4. de consecrat. c. Qui in maternu: Luth. T. 8. Ienensi germ. fol. 50. a.

25. Thomas parte 3. summae, q. 68. in probl. 11. ad 4. obj. statuit, expectandam esse totalem egrediationem: si tamen mortuus periculum immineat, & caput primum egrediatur, debere illud baptizari, quia in eo fundantur omnes sensus: imo videri idem faciendum, quacunq; alia parte egrediente, & periculo mortuus imminentem: sed tamen si post integræ egrediatur infans, esse in posteriori

casu

casu conditionalem baptismum adhibendum, sub hac forma: Si non es baptizatus, ego te baptizo: (quem baptismum D. Lutherus dicit esse intolerabilem abusum sacrosancti baptismi, qui incertos reddat, uter an neuter sit verus, T. 8. germ. len. fol. 51. cui contradicunt Pontificis, qui etiam nunc istam baptismum conditionalem approbant: vide Catechismum Romanum parte 2. c. 2. de baptism. §. 42. 43.) non autem in priori, ubi caput fuit baptizatum.

26. De baptismi SUBSTANTIALIBVS sic I. Q. An loco aquæ alium liquorem in baptismi administratione adhibere liceat? Resp. affirmat Beza epist. 2: nos negamus.

27. Argumenta pro nostra sententia, partim ex institutione, & praxi ecclesiæ orthodoxæ eam observantiis, vide Ioh. 3. v. 5. Matth. 3. v. 6. 7. II. 16. cap. 4. 16. Marci 1. v. 5. Lucae. 3. v. 11. Ioh. 1. v. 33. c. 3. v. 23. Act. 2. v. 47. c. 8. v. 38. c. 10. v. 47. partim ex incommodis contrarie opinionis, que tollit cum substantiam baptismi, cum fructum & consolationem omnem ex eo petendam. ubi enim non sunt essentialia baptismi, ibi non est salva ejus sustentatio, nec ulla divina effectus spiritualis promissio.

28. II. Q. An solennem baptismi formulam, Ego baptizo te in nomine Patris & filij & Sp. Sancti, mutare liceat? Resp. affirmare id viderunt Bernhardus epist. 340. secundum quid, non simpli iter, ubi interrogatus, an puer in periculo mortis à laico non tenente communem verborum formam, sed dicente, Baptizo te in nomine Dei & sancta & vera crucis, rectè esset baptizatus; an vero magis sive ulterius esset baptizandus, si vivere; respondit, se putare eum vere baptizatum esse: non tamen alijs licere hanc formam imitari: nos quidem posterius concedimus, prius autem negamus.

29. Argumenta ex iisdem sedibus deponimus, ex quibus in praecedenti questione sumimus. institutione enim baptismi præcisè hanc formulam prescribit, & mutatio qualibet non tantum veritatem sacramenti violat, sed etiam, præter scandalum, quod parit, omnem consolationem de fructu tollit.

30. III. Q. Sufficit ne aspersio aquæ in baptismi administratio-ne, an verò necessaria est immersio? & Numquid una sive aspersio sive immersio, an verò terna requiritur? Resp. utrumq; modum, sive una sive terna vice fias, liberum esse statuimus, ita tamen ut alterum receptum nemini mutare, scandali vitandi causa, puremus.

31. Argumenta pro aspersione libertate sumimus. 1. ex interpretatione apostoli, qui baptismum vocat lavacrum, Eph. 5. v. 26. Tit. 3. v. 5. Ad lavacrum autem cum non minus idonea sit aspersio, quam immersio, utramq; liberam & licitam

B

litteram

lūcūam esse colligimus. 2. ex praxi eccl̄ie primiēre: Matth. 3. v. 5. Act. 2. v. 45.  
ubi cum multi, ijjz adulti, baptizati fuerunt, quos, si immēgendi fuissent; denu-  
dari oportuisset, id quod indecorum fuisse ait Beza apud Hellōp̄eum, pag. 240:  
non improbatile est, aspersionem tum fuisse in usu. 3. ex significatione & usu  
vocabuli B̄apt̄iz̄o, quod cum ex consequenti significat lavare, ut agnoscat  
Beza parte 2. quæst. 88 & ex eodem Hellōp̄eum pag. 87. lotio autem non modò  
fit immēsione, sed etiam aspersione & affusione, ut constat tam ex quotidiana  
conſuetudine, quam ex ſcriptura uſu in hac voce, Marci. 7. v. 3. 4. Luc. 11.  
v. 38. 39. tum etiam ratione ſuæ originis: B̄apt̄iz̄o enim, ex quo descendit  
B̄apt̄iz̄o, non tantum significat immēgo, ſed etiam affergo, fatentibus  
adversariis, Beza in Marci c. 7. v. 3. Act. 19. v. 3. Martyre L. C. claſſe 4.  
loco ii. S. ii. Zanchio in expl. ſecundi p̄cepti, pag. 451. Keck. in ſyst.  
theol. p. 452. at B̄apt̄iz̄o eſt à B̄apt̄io, ut ibidem afferit Keckermannus,  
& alias notum eſt. E. vi originis ſue utrumq; ſignificat.

32. De baptismi ACCIDENTALIBUS ceremoniis ſit I. Q. Num-  
quid exorcismus in gratiam ullius hominis omitti queat à mini-  
ſtro baptismum administrante? Resp. negamus.

33. Fundamenta noſtre ſententie ut tanto melius expendi queant, ter-  
mines questionis propositæ explicari opus erit. Subjectum eſt minister, ita-  
nq; ēx̄ch̄n dictus, quem alijs miniftrum verbi, aut Dei, aut eccl̄ie appelle-  
lare ſoleamus: Prædicatum eſt, omittere poſſe exorcismum: de quo duo ex-  
pliſanda ſunt: 1. quid ſit exorcismus. 2. quid per poſſibilitatem omissioni intelli-  
gamus.

34. Exorcismi nomine ceremoniam humanam priſcæ eccl̄ie, & per  
ſe liberam intelligimus, qua, ſub forma adjurationis, Diabolo mandatur, ut ab  
infante baptizando ſpiritualiter obſeffo exeat: que rīgu partim miseria hominis  
baptizandi ex peccato originali, partim efficacia ministerij & baptismi prope-  
nitur, & adſtantes ad ardēntius orandum, atq; ad officium, quod preſtant,  
cum majori devozione peragendum incitantur.

35. Poſſibilitatem omissionis intelligimus non de facto, quod eſt  
extra controverſiam, ſed de jure, de quo queritur, An liceat, ſalvo officio &  
ſine leſione conſcientiae, illum ritum omittere.

36. Determinatio quedam prædicati additur, que cauſam omissionis  
impulſivā & finalem indicat: illa eſt mandatum, hæc gratia & favor ho-  
minis, cui minister in rebus alijs parere aut gratificari poſſet & merito debeat.

Argu-

37. Argumenta pro nostra sententia afferimus duoi. Fidelis ministri vera eccl<sup>esi</sup>a est servare omnia ejus pr<sup>escripta</sup>sive constitutiones. Omittere aliquam ceremoniam pr<sup>escriptam</sup>, qualis est exorcismus, inscia & nolente eccl<sup>esi</sup>a, non est servare omnia ejus pr<sup>escripta</sup>sive constitutiones. E. hoc non est fidelis ministri vera eccl<sup>esi</sup>a. 2. Ille habet ius & potestatem omittendi arg<sup>u</sup> abrogandi ceremonias, qui habet ius & potestatem easdem ordinandi & constituendi. Minister, sive solus, sive cum uno altero e homine, non habet ius & potestatem constitueri. E. nec omittendi & abrogandi.

38. Ex abundanti addimus iudicia adversariorum de similibus. Calvinus epist. 51. *Ex modo fieri coenae administrationem: eadem autem baptismi ratio est* quo princeps iubet, quid aliud foret, quam subiecere uniuscujusq<sup>ue</sup> libidini publicum ecclesie ordinem? Beza epist. 8. Deniq<sup>ue</sup> quo tandem jure, sive Dei verbum, sive veteres omnes canones spectes, vel civili magistratu per se liceat constitutis iam eccl<sup>esi</sup>is novos aliquos ruit superinducere, aut veteres abrogare, vel episcopis absq<sup>ue</sup> presbyterij sui iudicio ac voluntate quiquam novi ordinare fas sit, ego quidem nondum didici. Junius lib. 3. Ecclesiastici cap. 5. pag. 204. Ex his omnino conficitur, quicunq<sup>ue</sup> autores sunt Magistratibus, ut de personis, rebus, aut ceremoniis eccl<sup>esi</sup>e constituant arbitratu suo, & pro imperio mutent, eos neq<sup>ue</sup> magistratibus, neq<sup>ue</sup> eccl<sup>esi</sup>is bene consultum velle. Zanchius lib. 1. epist. pag. 228. de fractione panis, invita & reclamante majori eccl<sup>esi</sup>e parte, non introducenda ostendit, quomodo in abrogandis veteribus & ordinandis novis ritibus sit procedendum, ut omnia siant ad edificationem eccl<sup>esi</sup>e.

39. II. Q. Numquid abrenuntiatio Sathanæ & operum ejus: item fidei professio in baptismo infantum retinenda? Resp. nos affirmamus: Calviniani negant. (vide Bezan parte 2. quæst. & resp. quæst. 129. epist. 8. pag. 74. & seq. epist. 12. pag. 99. & seq. Hellopœum de sacramentis, art. 2. cap. 1. pag. 96. Danæum Isagoges Christ. lib. 3. c. 38. Zepperum de politia eccl<sup>esi</sup>. lib. 1. c. 12. pag. 121. item de sacramentis lib. 3. cap. 16. pag. 359.)

40. Argumenta nostra partim sunt communia ex loco de potestate eccl<sup>esi</sup>ie in ceremoniis instituendis, relinendisq<sup>ue</sup>: item de libertate ejusdem in rebus adiaphoris: partim propria, quæ sumuntur cum ex sine, qui est repetere & applicare infantibus testimonium Christi, Matth. 18. v. 6. (vide August. T. 7. lib. 1. de peccat. meritis, cap. 19. & 25. qui allegatur de consecrat. dist. 4. c. parvuli: Lombard. lib. 4. sent. dist. 6. §. 3 Luth. T. 2. lat. Jenensi, fol. 569. b.) tum ex incommodis contrarij. ita enim in dubium vo-

catur veritas baptismi antehac administrati, cuius pars aliqua fuerit falsa, & consolatio de fide infansum periclitabitur.

41. III. Q. Crucis signatio in fronte & in pectore infantis baptizandi numquid adhibenda, an vero ut supersticio execrabilis, vel certè huic aditum patefaciens, omittenda? Resp. nos prius, Calvinianorum quidam posterius statuunt. (vide Bézam epist. 8. pag. 75. epist. 12. pag. 99. Hellopæum de sacramentis pag. 29. Confer Zepperum de sacram. lib. 3. cap. 16. p. 357. item de polit. ecclesiast. lib. 1. cap. 12. pag. 125. & seq.)

42. Argumenta pro nostra sententia præter communia de natura & use ceremoniarum, de potestate ecclesie in eis ordinandis, affiri possunt duo: 1. ex testimonio & consuetudine veteris ecclesie, que hac ceremonya in baptismō usus fuit (vide Pamelij notas in epist. 56. Cypriani, fol. 157. & seq. Bell. I. 2. de triumphante ecclesia, cap. 29. & lib. de bapt. cap. 25. Bezam in Hellopæi libro de sacram. pag. 92. Martyrem T. I. L. C. classe 2. loco 5. §. 20. Zanchium in secundo præcepto, pag. 366.) 2. à testimonio & iudicio Francisci lunij de hoc ipso ritu, ex nota 19. in lib. 2. septima controv. T. I. Bellarmini c. 29. Aliud est, inquit, res tota, (baptismus) quam sancte credimus à Christo præscriptam, aliud ritus ab hominibus institutus: quem tantisper ferre in ecclesia possumus, dum est cum re conjunctus, & non adveratur veritati Dei, simplicitati fidei, & communi ædificationi nostræ.

43. IV. Q. An diversæ religionis fidējussores in baptismo eligendi, elective admittendi? R. utrumq; negamus: in posteriore tamen cautionem quandam prudenter adhiberi posse censemus. privatim enim admoneri possunt invictati sponsores, non publicè cum consumelia reiiciendi. (vide Agenda Saxonie inferioris, pag. 165. a. Megapolensis, pag. 220. b.) Imo ne quid tale necesse sit, præcaveri potest indicando pastori, qui ad hoc officium invitandi sint. (vide ibidem.)

44. Argumenta pro nostra sententia affirminus duo: Prius: Illi sunt fidējussores eligendi, elective ad baptismum admittendi, qui officio suo recte fungi possunt. At hoc recte fungi nequeunt diversæ religionis homines. E. nec idem eligendi fidējussores, elective ad baptismum admittendi. Assumptionis probatio peti potest ex ijs, que ex praxi ecclesiastarum nostrarum, sunt officiū fidējussorum: nempe precibus Deo infantem baptizandum commendare: stipulari & respondere pro eo in baptismo testari de initiatione & stipulatione, atq; sacerdcentem, ubi opus est, de eadem commone facere: que ab heterodoxis præstare posse

posse negamus, & quamvis primo contradixerint Calviniani, in secundo & tertio fauitoris erunt, si sibi constare nec retractare volent, de quibus in hac classe quest. 2. diximus. (Confer dicta ad finem quest. 4. in classe 1.)

45. Posterior, ex constitutione ecclesiastica interdicente huic perver-  
sitati, & ex autoritate doctorum non solum nostrae confessionis (vide Agen-  
da Megapolensis pag. 220. D. Lutherum. T. 2. Jenensi germ.  
fol. 227. Chytraeum de baptismo, pag. 104. Hunnum, de sacra-  
mentis c. 13. pag. 300.) sed etiam adversariorum. (vide Calvini  
epist. 149. 258. 302. & 381: in quarum prima & tertia docet, non  
posse nisi ὁ πνεῦς adhiberi: in secunda, non licere ortho-  
doxo pro papista spondere: in quarta, non licere extraneum ad-  
mittere.)

46. Colophonis loco adiçimus, ex dictis patere, abusum hujus ritus & con-  
suetudinis fidejussionum adhibendorum esse intolerabilem, si alio fine præcipue  
rogentur, nempe vel gratie & favoris, vel dignitatis ex magnatum testimonio,  
vel utilitatis & commodi alicuius: quod spectare eos tantum, qui plures tribus,  
contra expressum constitutionis ecclesiasticae interdictum (vide Agenda Me-  
gapolensis, pag. 220. Saxonica pag. 165. b.) invitanti, in propatulo est.

47. De baptismo CIRCUMSTANTIIIS duabus præci-  
puis totidem occurunt quæstiones: I. Q. Sitne quodvis tempus  
administrando baptismo idoneum censendum? Resp. nos affirma-  
mus: negant Papista & Calviniste: hi strictè & simpliciter, illi secundum quid,  
& non ita rigide.

48. Sententia utrorumq; ut rectius intelligatur, sciendum est, Papistas  
(ut appareat & Bell. lib. de bapt. cap. 26.) eti quovis tempore baptismum  
dari posse concedant, si necessitas urgeat: tamen antiquam & universalem  
ecclesia consuetudinem, quemadmodum loquuntur, probant, ut solum in sabbati-  
bus Pascha & Pentecostes ordinariè baptizetur: de qua Sirij, Leonis I. & Ge-  
lasi epistolæ ex decretalibus Iesuita allegat. Sed licet hoc fundamentum suæ  
opinioñ ponant, praxis tamen in ecclesijs Papistici jam ab aliquot seculo est  
in contrarium. (vide Catechismum Romanum parte 2. c. 1. §. 1. & 28.)

49. Calviniani cum eundem locum & verbi & sacramentorum ministerio  
tribuendum, & in cœtu ecclesie propter communes preces baptismum admini-  
strandum præcisè urgeant, & nullum necessitatis casum, quo incidente hat & οχι-  
μοσιν οχι ταῦτα turbetur, admittere videantur: (vide Calvini epist.  
302. 382. Bezae parte 2. quest. & resp. quest. 151. Genevensis in-

epist. Zanchij p. 421.) necessariò illud tempus idoneum statuere necesse habent, quo publicè ecclesia convenit ad audiendum verbum. fundamenta huius opinionis duo vide apud eosdem Genenenses, loco allegato.

50. Argumenta pro nostra sententia sine hac: 1. à praxi primitivæ ecclesie, qua ostendit citra hanc observationem conventuum ecclæsticorum, quovis tempore, prout res erit, à baptista, Christiq; discipulis baptismum administratum fuisse: ut agnoscit Beza parte 2. quæst. 150. & Bellarm, ex Ambros. in c. 4. ad Ephes. contra Illyricum infeliciter disputans concedit, lib. de bapt. c. 26. 2. Axioma theologicum, quod ordinis & decori cura in necessarijs cedit, & in ijs, quæ per se adiaphora sunt, nequaquam obstringit, Gal. 4. v. 10. Col. 2. v. 16. 3. argumentorum contrariorum infirmitas. metus enim incommode-  
rum duorum, quæ allegant Genevenses, apud recte institutos plane est superva-  
caneus: cum ex nostrarum ecclesiarum consuetudine non sequatur separatio sa-  
cramentorum à prædicatione verbi, qualis in papatu facta est, eorumq; trans-  
formatio in ceremonias magicas: nec confirmatio crassæ alicujus superstitionis  
de absoluta baptismi necessitate: id quod notum est fundamenta nostræ confessio-  
ni tenentibus.

51. II. Q. Numquid locus ad baptismi administrationem ne-  
cessariò requiritur sacer & publicus? Resp. Calviniani affirmant  
de tempore à persecuzione libero: (vide Calvini epist. 302 Bezae quæst. &  
resp. partem 2. quæst. 151. Zepperum de politia eccles. p. 146.  
sive lib. I. c. 14.) in persecuzione locum quemcumq; in quo fidelium aliquis  
numerus convenit, admittunt. (Calvinus epist. 185.) Pontificij negant,  
qui & casum necessitatis, b. e. quando propter infirmitatem, aliamve eviden-  
tem incommodeitatem, ad templum deferri nequit infans, excipiunt, & liberis  
regula & principiū, extra templum ut baptizentur, concedunt, arguento  
constitutionis Clementinarum, vide lib. 3. tit. 15. Nos, quod ad sententiam,  
consentimus, de fundamento dissentimus.

52. Argumenta pro libertate nostra in casu necessitatū, sub quo man-  
datum superiorum in hac questione comprehendimus, desumimus partim ex  
praxi primitivæ ecclesie, in qua extra locum publicum & sacrum fuisse bapti-  
sum administratum ostendunt exempla Matth. 3. v. 6. Ioh. 3. v. 23. Act. 2.  
v. 41. cap. 8. v. 38. cap. 10. v. 47. 48. cap. 16. v. 33. partim ex libertate Chri-  
stiane conditione, quæ sibi jugum servitutis imponi non patitur in his, quæ Deus  
non vetat, & necessitas flagitat.

DE

## DE COENA DOMINI.

1. De posteriori sacramento, quod est cœna Domini, quæ hodie potissimum in disceptationem veniunt, problemata practica proposituri sequemur ordinem causarum vulgarem; cuiusque ad circumstantias pertinent, breviter s. bnecltemus.

2. De causa EFFICIENTE instrumentalis, sive de ministro Cœnae, ejusq; correlato, nemp̄ convivio ejusdem ut exordiamur, sit I. Q. An ministri ordinati vices in publico loco privatus quispiam licetē subire, & vel cœnam Domini solus administrare, vel administrantem juvare queat? Resp. negativam utrobq; nobiscum amplectuntur & Calviniani & Pontificij: in posteriori tamen aliud Calvinianos communiter sentire, aliud nonnullos peculiariter facere appareat ex duob. exemplis, quæ in pagis Smalcaldicæ vicinis contigerunt, & à D. Vincentio Smuck contra Fridericum Verinum in assertionis præfat. A. 3. a. & b. commemorantur.

3. Argumentatis negativam nostram firmare non necessarium putamus: iudicium Bezae de tali cœnia & auctoritatib; si quis requirat, us facile illud colligit ex parte 2. quæst. & respons. quæst. 140. & quæst. 197. item ex ep. 2. pag. 27. prioris editionis.

4. II. Q. An privatus sive laicus (ut vocant) in loco privato & extra templum sive domi suæ, ubi ipse est paterfamilias, sive alibi, ubi publici ministri copia haberi non potest, Cœnam Domini alteri petenti administrare licetē queat? Resp. In utroq; negativa nobis placet sententia: de priori casu vide D. Luth. T. 6. len. fol. 339. ubi duas rationes affert: de posteriori D. Mylium in velum. disput. p. 346. a. D. Hunonium in lib. de sacram. cap. 13. de baptis. p. 289. primæ edit. & alios ex nostris: affirmativa olim placuit D. Heshusio ut constat ex ejus lib. de ecclesia pag. 193. b. & pag. 196. a. & ex Decade 3. Bidembachij, consilio. quod est D. Heshasij, fol. 115. cui assensit D. Johannes Gallus, vide ibid. consil. sextum, fol. 125. Contradicte utrig. D. Bidembachius consilio 7. fol. 134.

5. III. Q. An ministro verbi collega destituto, & in propinquῳ vicinum non habenti, quem adire aut accersere queat, liceat sibi ipsi Cœnam administrare? Resp. affirmamus, cum ea tamen limitatione, quod longè melius & convenientius esse statuimus, si alterius opera adhibeatur.

6. Rationes pro nostra sententia adducimus duas: unam, à requisitis legimus.

legitimæ administrationis, quod ad causam ministram, de qua tantum dubitatur, salvis omnibus in hoc casu: administrans enim est ordinarius minister verbi & sacramentorum, qualis in publico requiritur loco, licet idem sustineat duas personas, porrigitis nimisrum & accipientis: quod etiam in alijs non est insolens. E. ipsa actio, ratione causæ ministerialis, est legitima. alteram à natura necessitatis, cui legitimè cedunt omnia, quæ divinitus non sunt interdicta. At talis est circumstantia personæ administrantis sibi ipsi cœnam in casu necessitatibus. E. & ea ipsi cedit legitimè.

7. IV. Q. An Lutherani & Calviniani in doctrina de interna præparatione ad dignam Eucharistæ perceptionem consentiant? Resp. affirmativa forte ipsis etiam adversarijs placebit: negativa nobis videtur verior.

8. Præparationem internam dum appellamus, animi intelligimus in fide vera & viva, eamq; hac ratione ab externa corporis, quæ consistit in sobrietate & abstinenzia cibi potuq;, non tamen in omnibus, præsertim senibus, infirmisve omnimoda.

9. De hac quid sentiant nostræ ecclesiæ, patet vel ex Catechismo Lutheri, quest. ult. de sacramento altaris: & quomodo se à Pontificijs in hac questione separent, vide apud Luth. T. 2. lat. de abroganda missa privata fol. 450. b. item in formula missæ pro ecclesia VViteberg. fol. 559. b. T. 2. germ. len. de abuso missæ, pag. 21. b. A sententia nostra autem non dissentire Calvinianos solus Zepherus lib. de sacram. pag. 800. docere poterit: de illa autem minime inter nos convenire argumento esse potest dogma illud de triplici genere conviviarum cœnae Dominicæ: quorum alij prosuvi impij sint, qui plane non credant, alij qui quidem credant, sed Dei donum in sacramento non dignè perpendant: alij deniq; qui & verè credant & dignè hec donum Dei perpendant: primos volunt tantum externa symbola percipere: secundos præter symbola etiam rem sacramenti sive corpus sanguinem Christi, sed ad judicium: tertios & sacramentum & rem sacramenti ad salutem: quod dogma à Bucero excogitatum (vide Tom. Anglic. pag. 666. in expl. articulorum concordia Witeberg. item hist. Aug. Confess. contra Ambros. Wolf. pag. 289.) deinde à Palatinis theologijs approbatum & defensum, (vide admonit Neostad. pag. 108. & pag. 287. item defens. admon. Neostad. pag. 219. & seqq. Martyrem in 1. Cor. II. ubi tres facit gradus indigne accedentium, T. 2. L. C. in dialogo de Euch. contra Gardinerum col. 546. indignos vocat fideles, qui aliquo interdum cum lapsu aut peccata-

peccato communicant. Zanchij Miscell. parte I. pag. 65. ubi quatuor genera convivarum cœnæ constituit: inter quæ tria indignotorum, uti Martyr, facit.) Nostræ vero ecclesiæ hanc distinctionem tacito autoris & comprobantium nomine rejiciunt. (vide epist. form. concordiae, VII. art. de cœna Domini, anath. 13. & 14. p. 760. & in tuberiori declarat in negativa 17. 18. pag. 603. & seq. Confer. apolog. p. 129. b.)

10. V. Q. An quisquam in fide aliena, sive universalis ecclesiæ, sive hominis fidelis sibi noti ad cœnam dignè accedere, aut ita accedens admitti queat? Resp. affirmativam olim Pontificios fuisse amplexos, & ex Patribus non neminem patet, ex ijs, quæ Luciferus T. 1. lat. len. in serm. de digna cordis præparatione in suscipiendo sacramento Eucaristiæ, ex sua etiam, qui tum nondum emerserat ex tenebris Papatus, sententia scribit: nec hodie diversum ipsos sentire constat vel ex dogmate ipsorum communii de fide implicata, qua hominem credere & salvare posse afferunt (vide Antidota Stapletoni in cap. 16. Act. pag. 252. in c. 1. ad Rom. pag. 370. Conradum Schultingium contra Calvini instit. lib. 3. c. 3. §. 3.) vel ex Bell. statuente fidem inclius per ignorantiam, quam per notitiam definiiri, & oppugnante Calvinum merito reprobendenter Pontificios, qui affirmant se reverenter credere, quicquid ecclesia (Pontificia) docet, etiam si minus ea intelligant (vide Bell. lib. 1. de justif. cap. 7.) negativam nos tuebimur.

11. Argumenta pro nostra sententia sunt: 1. testimonia fidem propriam in justificando requirentia, Habacuc 2. v. 4. Rom. 1. 17. Gal. 3. v. 11. Hebr. 10. v. 37.

12. 2. Institutio cœnæ à Christo facta: Luc. 22. v. 19. 22: 1. Cor. 11. v. 24. in qua præcipue attendenda sunt hæc voces, Pro vobis: quæ requirunt in usu & applicatione corda singulorum accendentium fidelia, ut loquitur Luth. in Catechis. minore.

13. 3. Pauli monitum 1. Cor. 11. v. 28. Probet se homo &c. quæ denegatio uniuscujusq; ideo instituenda, ut quicq; suam in Christum fiduciam sive esuriem & sicut gratis spirituali exciteat.

14. Ratio addi potest talis: Si quis aliena fide admitti ad cœnam potest, etiam aliena fide quisquam justificari potest. At non hoc E. nec illud.

15. De causa MATERIALI, I. Q. An liceat pro pane & vino alia elementa analogica (b. e. quæ alimonie corporali iidem ut panis & vinum inserviant) sumere? Resp. affirms Beza (epist. 2. p. 27.

C

quem

quem defendit Sadeel operum theolog. pag. 429. Pareus lib. 1. de symbolis sacramentalibus c. 9. pag. 94. sequuntur etiam alij, vide Bucanum in instit. theolog. pag. 673. Tossanum in Matth. pag. 98.) Nos negamus, & assentiuntur nobis alij cum ex adversarijs, tum in primis P. Martyr, T. 2. L. C. in dialogo contra Gardinerum pag. 350.

16. Argumenta pro nostra sententia desimi possunt, 1. ex institutione Christi: 2. ex ecclesie vere praxi: 3. ex incommode conterarij, quo & substantialis coenæ & fructus omnis, qui ad illas species ordinatas in usu legitimo alligatus est, tollitur. (vide supra quest. 2. tertiae classis de baptismo.)

17. Conditiones, quæ sententia Bezae palliandæ adjecit Pareus, loco ante allegato, præterquam quod tertiam, quæ primæ inclusa est, supervacaneam statuimus, insufficientes ad tantam remeritatem defendendam judicamus.

18. II. Q. Pane azymo an fermentato utendum in administratione coenæ? Resp. Pontificij, ut olim Latini, prius statuunt: Græci, contra quos Latini pugnabant, posterius: (vid. Bell. lib 4. de Eucharist. c. 7. & Cœnuram Magdeb. II. cap. 8.) nostræ ecclesie inter adiaphora hæc referunt; sic tamen, ut, ubi alter in usu est, alter ei non temerè substitutatur, quod ea mutatio scandalosa esset futura. (Chenu: parte 2. Exam. pag. 170. b.) Calvinianorum nonnulli videntur idem nobiscum sentire, (vide Calvinii institutionum lib. 4. c. 17. § 43. Bezae quest. part. 2. quest. 242. & ep. 12. Martyris T. 3. epist. ad Hopperum col. 210. Parei de symbolo Euch. lib. 1. c. 10.) sed tamen non obscure indicant, se fermentatum preferre azymo, quod hic ex Alexandri Rom. episcopi arbitrio primum in ecclesiis introductus (Calvinus ita sentit loco allegato: Zepperus l. 4. de Sacram. c. 7. p. 485. id sine magnis fideq; dignis autibus assertum, & tempore Phocæ hanc hostiarum usurpationem introductam esse mauult cum alijs asserere) iudicium sapient, & minus sic quotidiani tibi analogie accommodatus, (Beza in quest. 242. part. 2.) ille vero sacramento ejusq; ordinationi convenientior & edificationi sit commodior. (Beza in ep. 12. pag. 100. Pareus loco ante allegato)

19. Argumenta pro nostra sententia desimi possunt partim ex institutione Christi, quæ quater repetita Matth. 25. v. 26. Marci 14. v. 22. Luc. 22. v. 19. 1. Cor. 11. v. 23. (quibus adjungi potest locus ex 1. Cor. 10. v. 16.) ubi panis tanquam necessarij elementi mentio fermentati aut in fermentati nullæ adjecit: partim ex desuitione adiaphororum in usu ecclesiæ. ea vero sunt, quæ nec preceptum nec interdictum habent ullum in scriptura, & proinde ex liber-

Siberate Christiana licita est eorum observatio, præserim integrum illius conditionibus, quas adversarij requirunt: (vide Pareum lib. I. de symb. sacram. cap. 6. pag. 57.) quarum nulla in pane fermentato, quatenus fermentato, violatur, restibus ipsis adversariis, quorum nonnulli non modo azymum panem, sed etiam hostias fermentatas retinent, ut de Bassleensib. Calvinistis certissimum est: & VVilhelmus Zepperus lib. 4. c. 7. de sacram. azymum panem, modo sit magnitudinis & crassitatis ejusmodi, ut frangi possit (in quo essentiam cum accidentibus confundit, sive analogie obtinendæ causa) inter adiaphora admittit, ejusq; usum indifferentem multis seculis in ecclesia fuisse agnoscit. (vide etiam Pareum lib. I. de symb. Euch. c. 10.)

20. III. Q. An oblatæ, quæ ita vulgo vocantur, retineri possint & debeant in administratione Cœnæ legitima? Resp. nos affirmamus, negant Calvinianorum pleriq;, haud ignari eas abhuc adhiberi apud suorum nonnullos (vide quæst. præced.) quorum cœna administrationem ne videantur idcirco damnare aut improbare, ajunt eosdem non defendere ipsorum usum, sed agnoscere esse nærum, quem propter inveteratam consuetudinem, quæ tyrannus est, vel propter infirmos aut alia difficultates atq; impediencia tolerant, emendarunt, si quando licebit. (Pareum vide lib. I. de symb. sacram. cap. II. pag. 107.)

21. Argumenta pro nostra sententia sint hæc tria: quorum duo priores & genevæ sing., ultimum avacanevæ strv. 1. Hostiæ sunt panis verus. 2. ad usum, in loco publico & privato, tempore quoconq;, paucis aut multis, cuiusvis etati, deniq; ad mysterij Eucharistici gravitatem commoda. E. in administratione cœnæ legitima retineri possunt. 3. Quæ per se adiaphora sunt & errorū fundamentalis falso insimulantur, ea retineri debent, ne cedendo sufficiō falsa errorū in pertinacib; confirmetur, & scandalum infirmis detur. Hostiæ nostræ per se sunt adiaphora, quod constat partim ex jure ipso scripturæ, quæ eas non prohibuit, partim ex facto orthodoxæ ecclesiæ, quæ eas libere usurpavit, partim ex iudicio nonnullorum heterodoxorum, qui eas tales esse ipso usu agnoscunt: & falso insimulantur nostræ ecclesiæ propter eatum usum aliquot errorum fundamentalium. E. retineri debent.

22. IV. Q. Quid de hostijs aut vino in fine administrationis reliquo faciendum: utrum, quod reliquum est panis & vini, miscendum priori pani aut vino non consecrato: an verò vel administranti sumendum ebibendumq; vel uni pluribusve de communicantium numero dandum? Resp. De his præceptum Domini

speciale non habemus, sed consilium Dnn. Praeceptorum sequitur: in primis commendamus studiose juventuti epistolas duas D. Lutheri T. 4 lat. fol. 585. & seq. ad M. Simonem Wölferinum, in quibus priori questionis parte improbata, posteriorem approbat (videri etiam potest consilium Wittembergensium, Decade 3. num. 4. fol. 110. in membro 4. in primis fol. 113.)

23. De causa FORMALI sit I. Q. An consecratio panis & vini, quæ usitatè ita appellatur, adeò sit necessaria, ut nec ante distributionem elementorum omitti, nec in ipsa actione, si hostia consecratæ aut vinum benedictum non sufficiat, ejus repetitio intermitte queat? Resp. nos affirmamus: negant Calvinianorum nonnulli: quod de priori membro colligi potest obscurius quidem ex Chemniti parate 2. Exam. Trid. contilij pag. 66. a. clariss ex Bell. l. 4. c. 12. de Eucharistia pag. 487. ubi hujus erroris Bucerum arguit ex ejus commentario in Matth. cap. 26: de posteriori ex ijs, quæ olim tempore Lutheri disputata & acta sunt super hac questione (vide T. 4. lat. Jenensem fol. 585. & seq. in epist. ad M. Simonem Wölferinum, & colloquia mensalia fol. 168. Pastorale M. Contadi Portæ pag. 297.) & ex ijs, quæ hodierni reformatores Calviniani in nobis desiderant (vide D. Hutterum contra dvo specula Sacramentaria Salomonis Finschii cap. 3. pag. 185. & seqq.)

24. Argumenta pro nostræ sententiæ utroq; membro sunt triplicia: 1. ex verbo Dei, quod partim repetitæ apud Lucam c. 22. v. 19. & Paulum 1. Cor. 11 v. 24. 25. institutioni cœnæ mandatum de facto Christi (ad quod benedictio & gratiarum illi actio pertinet) observando subjungit, partim de solo benedicto poculo & fracto sive distributo pane affirmat 1. Cor. 10. 16. quod sit communio corporis & sanguinis Christi. E. circa violationem mandati illius & promissionis de presentia corpori & sanguinis Christi ista pars hujus actionis, quæ consecratio usitatè dicitur, omitti nequit.

25. 2. ex praxi Ecclesie perpetua: cui, præter historiam Ecclesiasticam, testimonium peribent auctoritates Patrum, Justini Martyris apol. 2. fol. 76. Commel. edit. Irenæi lib. 5. c. 4. Ambrosij T. 4. lib. 4. de sacramentis cap. 4. Augustini T. 6. lib. 20. contra Faustum cap. 13. & alij.

26. 3. Ratio duplex ex principijs theologiciis: una? Baptismus est lavacrum aquæ in verbo, Epb. 5. v. 26. E. & Eucharistia est communio in verbo: & per consequens, verbum illud non potest omitti: cum ex Aug. tract. 80. in lib. receptum illud sit: Accedit verbum ad elementum & sit sacramentum.

aliter

alere: Communes cibi benedicuntur, ut legitima sit eorum participatio. E. multo magis mysticus panis & vinum, ut sint nobis media corporis & sanguinis Christi, secundum ejus mandatum & promissionem. (vide Calvini comm. in I. Tim. 4. v. 5.)

27. II. Q. An ritus fractionis panis Eucharistici in administratione Cœnæ legitima necessarius sit, an indifferens? Resp. Calviniani prius afferunt: nos posterius.

28. Argumenta nostra sunt triplicia: 1. ex natura & definitione liberi: Fractio panis Eucharistici nec mandatum habet in scriptura nec interdictum. E. est libera. Antecedens, in se verissimum, agnoscitur tale etiam à Zanchio in epist. ad Ottoneum Grunradium pag. 224. imprimito p. 229, 238.

29. 2. à testimonio cum veterum orthodoxorum, ex quibus adversarij nullum hactenus proferre potuerunt testimonium, quo duplex illa necessitas, quam ipsi urgent, probetur, tum recentium quorundam heterodoxorum, quo nomine Basileenses pastores intelligimus, qui licet per omnia in ceteris consenserant cum adversarijs, fractionem tamen in administratione ut necessariam à se non agnosi, hactenus ipso facto declararunt (His adjunge sententiam Zanchij ex epistola paulo ante allegatam.)

30. 3. Rationes à paribus desumi possunt: Si fractio panis in Cœna propter adumbrationem moris Christi est necessaria, erit in eadem effusio vini propter eandem causam necessaria: item, si ex proprietate vocis frangendi, hic ritus in Eucharistia requiriatur, requiretur pars jure immersio in baptismo. At neutrum horum. E. nec illud.

31. III. Q. An adoratio accedentium ad Cœnam, quæ fit genuflexione, sit licita, immo etiam necessaria? Resp. nos affirmamus, Calviniani negant.

32. Adoratio sive veneratio est vel interior & spiritualis, nempe fidei, vel exterior sive corporalis, consistens in gestibus corporis, cum alijs, tum gesticulatione, qua hoc loco tantum intelligitur.

33. Licita ea dum dicitur, ad naturam ejus indifferenter respicitur, quod in scriptura neq; mandatum neq; interdictum habeat, & proinde, ut alias ceremoniae adiaphyræ, licita & concessa sit.

34. Necessaria eadem dum statuitur, accidens ejus attenditur, nempe usus sive præstantium sive spectantium illam venerationem, qui ex ea parim venerationem mentem & affectum judicant, partim seipso ad pietatem & de-  
teriorum majorum excitans & confirmant.

35. Argumenta pro utroq; membro ex dictis peti possunt: cum vero de necessitate magis quam de libertate & licito usu hujus ceremonie dubitetur, rationes paucas pro illa primum, deinde etiam pro hac ex Zepperi lib. 4. de sacramento c. 27. & seqq. pag. 724. concessu formabimus: i. Memoria rerum divinarum aliquo modo coli, & quidem cum veneracione debent. Sacramentum Cœna est memoria rei divinae: quippe ad œvā pœnœtiv Christi instituta. E. sacramentum cœnae aliquo modo coli debet.

36. 2. In civili convivio sua servanda est disciplina & urbanitas. E. multè magis reverentia in hoc convivio cœlesti, eaq; declaranda sermone pre-cumpio, habitu honesto, & gestib. moderatu, quales sunt capitul aperio & similes ceremonie.

37. 3. Si capitul aperio & similes ceremonie adhiberi possunt licet, etiam genuflexio adhiberi potest licet, est enim eadem hujus, quæ illarum, ratio apud omnes intelligentes, etiam concessione adversariorum, qui ut ad nomen I. Christi genua flectere non solent, ita etiam caput aperire nolunt. At prius, ut constat ex concessu Zepperi argumento precedentem. E. & posterius.

38. 4. Verbum Dei recitari audimus cum externa reverentia, conscientibus adversariis, & inter. & Zepperi, p. 725. E. etiam sacramenta, quarum precipua pars est verbum Dei, cum reverentia externa adimur: & per consequens geniculatio, tanquam species non est prohibita, cum rotum genu sit licitum.

39. IV. Q. An ipse communicans panem & calicem manus sua sumere, & postea ori admoveare, an vero ea utraq; ex manu ministri accipere debeat? Resp. Calviniani pleriq; prius: (Beza quæst. & resp. parte 2. quæst. 181. ep. 2. pag. 23. & seq. p. 28 Zepperi lib. 4. de sacram c. 10. p. 514. Bucanus in instit. theol. loco 48. quæst. 33. pag. 672. & seq. Pareus contra Pelargum ad thes. 17. nota 61. & alij.) Pontificij posteriori volunt tanquam necessarium: (vide can. 8. Concilij Tridentini de Eucharistia) nos utrumq; liberum esse statuimus, ita vero, ne ab usitata & semel recepta alterutra consuetudine facile recedatur, quod ea mutatio aut cum offendiculo infirmiorum, aut cum confirmatione pertinacium sit conjuncta.

40. Fundamentum nostræ sententie ex doctrina de adiaphoris norum est: ei adjicimus ex abundanti suffragium Calvini ex lib. 4. instit. cap. 17. §. 43. Beza ex epist. 2. pag. 25.

41. De causa FINA b. I due occurruunt quæstiones: 1. Q. An licet Eucha-

Eucharistiam morituris potenteribus dare tanquam viaticum.  
Resp. nos affirmamus, Calviniani negant: (Bucanus loco 48. quæst. 130.  
p. 835. Zepperus de sacram. lib. 4. c. 28. Aretius part. 2. problem.  
in loco de fractione panis, pag. 314. 319. & alij.)

42. Morituti sunt in duplii differentia: alij morte naturali deceffuri  
& domi decumbentes ægroti: alij morte violenta, ut facinorosi in carcere de-  
tenti: utrosq; comprehendit Zepperus lib. 4. de sacram: c. 28. p. 728. & 731.

43. Viatici vocabulum usurpatur metaphorice & metonymice, causa  
organica pro effectu posita, nempe pro cibo spirituali & refactione migraturi  
hominis iam perturbati & anxii ex consideratione peccatorum suorum, quibus  
iram Dei & aeternam damnationem promeruit.

44. Argumenta pro nostra sententia afferri possunt triplicia: 1. ex scri-  
ptura de finibus Eucharistie, qui sunt, quoad nos sine communicantes, (alij enim  
referuntur ad Deum, alij ad proximum) applicatio omnium beneficiorum  
Christi, remissio peccatorum, iustitia & vita æterna, Lucæ 22. v. 19: 1. Cor. ii.  
v. 24: confirmatio & obsignatio fidei cum de alijs capitibus, tum de resurrectione  
de mortuorum ad vitam æternam, Lucæ 22. v. 19: 1. Corinth. ii. v. 24. 25. 26.

45. 2. ex praxi ecclesie orthodoxæ, que à multiis seculis hoc sine Eucha-  
ristiam secundum scripturæ sensum, usa etiam hac ipsa appellatione, morituris  
administravit: (vide can. 13. concilij Nicæni I. Tomo I. concilio-  
rum fol. 344. & plures consequentium conciliorum apud Gra-  
tianum, 26. q. 6.)

46. 3. ex ratione sane principijs, quæ jubent nos, re bene intellecta, in  
verborum usu esse faciles.

47. II. Q. An ad probandam contestandamq; de objecto  
aliquo criminis innocentiam, aut ad federa & pactiones firman-  
das dare aut petere licet Eucharistiam? Resp. prius decretum fuit  
olim in concilio VVormatiensi, can. 15. A. C. 868. (vide cent. IX. columnæ  
247.) posterioris à Paschali II. Pontifice Rom. factum legimus, A. C. iii. Idib.  
Aprilis. (vide Centur. XII. fol. 886.) nos negamus utrumq;

48. Argumentum pro nostra sententia immotum suppeditat scriptura,  
Deuteron. c. 4. v. 2. c. 12. v. 32. Apoc. 22. v. 18. 19. ubi vetamur qui quam  
addere ad verbum, quod locutus est Dominus, aut ex eo quicquam demere: &  
Rom. 12. v. 3. 1. Cor. 4: v. 6: ubi prohibemur sapere ultra id, quod scriptum  
est. Hunc autem finem esse inter eos, de quib. scriptura neq; expliciè neq; im-  
plicite quicquam continet, palam est. E. eundem statuere prohibemur.

De

49. De CIRCUMSTANTIIS administrationis Eucharistiae restant problemata nonnulla, quae paucis expediemus: 1. Q. Quo tempore vel anni vel diei Eucharistiam sumere conveniat? Resp. De priori membro Pontificij aliter olim ab initio Papatus invalescenti, quando ter in anno omnibus Christianis adultis secularibus communicandum statuerunt, abusi ad eam ordinationem quibusdam canonibus (vide dist. 2. de Consecratione c. Seculares. c. omnis homo) aliter postea sensisse videntur, quando semel saltēm quot annū in festo Paschatis unumquemque adulorum cœlesti mensa participem fieri debere afferunt (vide lib. 2. instit. Juris à Paulo Lanceloto editarum, tit. 6.) aliter hodie (vide Catechismum Rom. parte 2. c. 4. §. 26. & confer cum eo canonem 10. Tridentini concilij) Calviniani in hoc capite dissentire videntur, nam in pluribus eorum ecclesijs, quoties sacra cena celebratur, (quod Genevæ quater tantum fieri in anno scribit Calvinus epist. 361. Beza epist. 20.) singuli adulti communicant: (Zepperus de sacramentis l. 4. c. 23. p. 669.) in alijs liberum unicuique relinquitur, ut, q. oties vult, communicet: cum gravi tamenhortatione, ut faciant id singuli crebrius. (Zepperus pag. 667. Bucanus loco 48. quest. 126.) Lutherani cum posterioribus in hac questione sanciunt, ut constat ex praxi & consuetudine publica.

50. De posteriori membro statuunt Pontificij, Eucharistiam non nisi a jejuniis sumendam: adeo ut si quis os colluendo guttulam aquæ absorperit, eum pro indigno conviva cena habendum esse putent. (vide Luth. T. 2. lat. Jen. de abroganda missa fol. 450. b. & in formula missæ, ibid. fol. 559. b. Zepperum de sacram. l. 4. c. 36. pag. 800. Catechismum Romanum de Eucharistia sacramento §. 6. Binsfeldius tamen in enchiridio theologicæ pastoralis pag. 40. istum rigorem non agnoscit, quem Chemnitius juxta Clementinas ipsos urgere ostendit p. 238. in lib. de Coena.) Calviniani & Lutherani, in re consentiunt, qui jejunium hoc, quod Dn. Lutherus in Catech. inter partes discipline externe, ad preparationem dignam necessaria, commendat, ex libertate Christiana, non ex necessitate simpli & absoluta, multo minus cum opinione cultus & meritii, quemadmodum Pontificij observandum esse statuunt: causa vero alia, quam illi his attribuunt, ad gravandam nostram sententiam de praesentia corporali Christi in cena, & mandatione oralí, (vide Zepperum de sacram. l. 4. c. 36. p. 803.) suis auctoribus defendenda remittitur.

Argu-

51. Argumenta pro nostra sententia partim communia utriq; membro  
afferri possunt ex potestate & libertate in iis, quæ singulare mandarum aut in-  
terdictum in scriptura non habent: partim propria, contra rigorem Pontificiorum  
& Calvinianorum quorundam, ex precepto apostoli de probatione præmittenda  
sumptioni cœnæ, quod exstat 1. Cor. 11. 28. & ex vulgari axiomate, Non nisi  
esurienti & sitiensi animæ ad hoc epulum esse accedendum.

52. II. Q. Numquid locus privatus est concessus ad celebra-  
tionem Eucharistie, potentibus ejus communicationem ægrotis?  
Resp. Nos affirmamus: Calviniani negant, quorum tamen alij rigidiores in hac  
questione, alij mitiores: (vide Calvini epist. 363. Zepp. lib. 4. de sacram.  
c. 28. p. 729. & p. 731. qui priori loco rigidiorum, posteriori mitio-  
rum rationes refert.)

53. Argumenta pro nostra sententia afferimus talia, quæ ipsam cele-  
brationem Cœnæ apud ægrotos concessam probant: ex quibus sequitur, locum  
privatum, in quo ea sit, non esse illicitum. 1. arg. Omnis legitima fidei de gratia  
Dei & salute, per & propter Christum passum, mortuum & resuscitatum, confir-  
matio est licita. Celebrationi Eucharistie apud ægrotos competit prius. E. &  
posterior. Abs. probatur ex verbo institutionis, Matth. 26. v. 28. Luke 22.  
v. 19. 20. & illustrari potest ex causa impulsiva & necessitate, quæ si unquam  
magna Eucharistie petende, certè in agone extremo magna est. (vide Calv.  
epist. 51. & 363.)

45. 2. arg. ex praxi veteri & puriori ecclesiæ, in qua usitatum fuit,  
non solum excommunicatis moribundis & potentibus, in solarium & contesta-  
tionem receptionis, sicut advenis & peregrinis ad fidem consensum testandum,  
sed etiam ægrotis exhibeti cœnam desiderantibus, (vide concilij Nicæni I.  
cap. 13. Bezam. quæst. & resp. parte 2. quæst. 241. Aretium parte 2.  
probl. p. 315. & 319. Zepperum lib. 4. de sacram. c. 28. pag. 732.) E.  
etiam hodie licet. Consequentia, præter consensum Beza & Zepperi locis alle-  
gatis, ex eo probatur: quod quæ olim hujus consuetudinu[m] introducenda rationes  
fuerunt, eadem hodie sunt ejusdem in usu retinendæ.

55. III. Q. An peculiaris ministrorum vestitus, (v. g. stolæ albæ,  
& casula holoserica, auro gemmig, ornata) in administratione cœnæ  
liber, aut saltem tolerabilis sit? Resp. Nos affirmamus (Luth. T. 2. Lat.  
Ien. fol. 558. b.) negant Calviniani: (vide Auffürlichen bericht des  
Glaubens der Kirchen in der Psalt. pag. 456.) Pontificij easdem ne-  
cessaria

cessarias esse volant, (Beza ep. 12. p. 97. Martyr T. 3. L. C. Col. 199.  
& seqq.)

56. Argumenta pro nostra sententia producimus tria: 1. arg. à natura & definitione adiaphororum, quod proponemus verbis Polani ex synt. l. 9. c. 38. In N. T. neq; Christus nego apostoli quicquam de vestibus peculiaribus in administratione sacrorum usurpandis præceperunt: sed neq; veteruntur, ne quispiam alias uestes sumat. E. per se est liberum uti vel non uti alijs uestibus. (Martyr L. C. T. 3. testimonia scripturæ 1. Tim. 4. v. 4. Tit. 1. v. 15. huc adhibere non dubitat.)

57. 2. arg. à praxi veteris & purioris ecclesie, in qua tempore Hieronymi & Chrysostomi sine superstitione, in signum & commonefactionem honestatis vite, nisi sunt candida ueste in sacrorum administratione. (vide Zepperum lib. 1. de polit. eccles. cap. 14. p. 159. & c. 20. p. 228.) E. & hodie idem est licitum.

58. 3. arg. ex ratione: Quod neq; contra fidem est, neq; contra bonos mores, id indifferenter est habendum, teste August. At uestium sacrarum usui competit prius. E. & posterius.

59. IV. Q. An uersa sacra, (v. g. patena, cui panis imponi, & calix, cui vinum infundi, & ex his utrumq; elementum coenæ Dominicæ communicantibus porrigi solet.) præsertim aurea & argentea, ex Papatu reliqua, in nostris ecclesijs ad coenæ sacræ administrationem liberè adhibere liceat? Resp. nos affirmamus, Calviniani negant (vide Zepperum l. 4. de sacram. c. 9. p. 500. & c. 507. Hutterum contra duo sacramentaria specula, c. 6. p. 319.)

60. Argumenta peculiaria pro nostra sententia in hac questione non necessaria judicamus, cum ex ijs, que in præcedenti & alijs questionibus tractata sunt, ea peti possint: de similibus enim est idem judicium.

61. V. Q. Utrum coena Domini ad altare lapideum, sive in Papatu, sive post abrogationem ejus exstructum, administrari liberè & licetè potest, an verò ad eujus celebrationem mensa lignea est necessaria? Resp. Nos prius affirmamus, Calviniani pleriq; posterius. (vide Zepperum lib. 4. de sacram. c. 11. pag. 529. Hutterum contra duo sacram. specula Finckij c. 8. p. 297.)

62. Argumenta nostra erunt duplia: alijs eximenda contaminatiois opinio propter retentia ex Papatu altaria vetera: alijs defendenda libertas nostra in exstruendis novis. Prioris generis suppedant testimonia & exempla, que ueram reformandi & sanctificandi rationem per prædicationem verbi monstrant;

stant, vide i. Tim. 4. v. 4. 5. Tit. 1. 15. Rom. 14. v. 14. & 20. Luke 19. v. 4.  
& seqq. item exemplum idolis mactatorum, quæ immundis & infidelibus, quo-  
rum corda non sunt purificata fide, Act. 15. v. 9. immunda, Tit. 1. v. 5: mun-  
du vero & fidelibus munda, Rom. 14. v. 14. 1. Corinth. 10. v. 25. & seqq.  
Posterioris generis peti possunt ex ijs locis, quæ de libertate ecclesiæ per Chri-  
stum parta agunt, (vide Gal. 2. v. 4. c. 4. v. 1. & seqq. c. 5. v. 1. Col. 2. v. 16.)  
& jugum traditionis humanae vinculumq; conscientia viuantem monent, ubi  
non est disertum interdictum divinum.

63. Addi his possunt Bezæ & Zanchij mitiora judicia: illius ex colloquio  
Mompelgardensi, pag. 338. & p. 350 VVieberg. edit. p. 409. & seq. item p. 425.  
Tubingensis: hujus ex volumine tractationum theologicarum p. 144. quibus  
in locis uterq; usum altarium agnoscit esse à A. & P. &c.

64. VI. Q. An imaginum verarum & sacrarum usus, in alta-  
ribus & in reliquis templorum partibus, sit tolerandus? R. Nos affir-  
mamus, Calviniani negant. (vide Calvinum lib. I. instit. c. II. §. 13. Be-  
zam in antithesi 4. ad thesis 4. Württemberg. in colloquio Mom-  
pelg. de hoc arguento, Martyrem T. 3. L. C. col. 205. col. 207.  
col. 210. & seq. Zanchium in expl. secundi præcepti, pag. 354.  
Zepperum de politia eccles. lib. I. c. 15. pag. 167. & seqq.)

65. Imagines dum dicimus, idola ab eis hac ratione, quod hū veneratio  
præstetur, interno externo cultu, illis vero nequaquam distincta excludimus:  
atq; ita imaginum in censu tantum habemus, que olim, sive sculpta sive picta, in  
tempulis culta & adorata fuerunt, hodie ab illo abusu per veræ doctrinæ prædica-  
tionem liberata sunt.

66. Veras easdem dum nominamus, fictis oppositas designamus, quarum  
illæ res & personas veras, licet non semper exacte, repræsentant: hæ ex fabulis  
& fragmentis hominum originem & fundamentum suum habent.

67. Sacras porrò dum appellamus eas ipsas, ad correlatum sive εργά των  
respicimus, quod est res aut persona sacra: v. g. imago Dei, in qua ipse  
videndum se exhibuit, Christi, sanctorum: aut histriiarum sacrarum, v. g.  
creationis, lapsus primorum parentum, sacrificij ab Abele instituti, & similium;  
& eadem opera non sacras, u. g. εργά ita dictas, nimurum impudicas,  
supersticiose, & similes, exclusas volumus. Politicas vero, quales sunt epita-  
phicæ, cum de ijs non sit quæstio, non rejicimus.

68. Tolerari harum in templo & altari usum dum posse afferimus, collo-  
cationem, ejusq; finem, qui est partim religiosus in commonefaciendū erudien-  
disq;

dūq; rudiōribus, & excitandū affētibus, partim cīvili in ornatu & oblectatione positus, tanquam rem adiaphoram, liberum esse volumus.

69. Argumenta pro nostra sententia afferri possunt cum generalia & communia, quibus probetur, tolerari posse in templis imagines, quibus olim ad idolatriam alijs abusi sunt; vel etiam in posterum abuti queant, non tamen jam abutuntur: quod probē tenendum est. tunc enim tollendae esse dicimus ( vide thes 3. Wittemb. in coll. Mompelg.) tum specialia & propria, de certis imaginum speciebus:

70. Prioris classis quatuor indicabimus: 1. arg. à mandato Dei: Exod. 25. v. 18. cap. 26. v. 31. Num. 21. v. 8. unde ita argumentamur: Nihil per se illicitum & intolerabile mandat Deus in lege sua. Imagines in sacro loco collocare, ubi ijs ad idolatriam abuti qui posset, mandavit in lege sua Deus, ut ex allegato constat. E. idipsum non est per se illicitum & intolerabile.

71. 2. arg. à facto Dei cum instruēti dono & peritiae texendi imagines in tabernacula ponendas; Exodi. 31. v. 3. & 6. c. 35. v. 10. tum approbantur in templo Salomonis collocatas; 1. Reg. 6. v. 23. 29. c. 7. v. 25. 29. & 49. c. 8. v. 10. 11. E. imagines facere, & in loco sacro collocare, non est per se illicitum. ad quod enim faciendum Deus instruit artifices dono, & quod factum ipse approbat, illud non est per se illicitum.

72. 3. arg: à iudicio veterū ecclesie, quæ non omnem picturarum & sculpturarum usum è templis tanquam rem per se illicitam & abominabilem eliminavit: vide Tertull. lib. de pudicitia. c. 7. Eusebium lib. 7. hist. eccles. c. 14. Sozom. lib. 5. c. 20. Nazianz. epist. 49. ( & ibidem Iacobi Billij interpretis doctissimi notam. ) quæ est apud Basiliū 100. Greg. Nyssenum in orat. de Theodoro pag. 314. lat. exempl.

73. 4. arg. ex ratione: Imaginum in sacris locis collocatio est aut per se bona, vel mala, aut indifferens. Non prius: ut ex natura per se talium probari potest, quæ quatenus indifferentibus opponuntur, oportet habere expressum mandatum aut interdictum morale. E. posteriorius; & proinde, abusu earum fablato, usus est licitus, cum omnia mundis sint munda, Rom. 14. v 20. Tit. 1. v. 15.

74. Posterioris classe argumenta sunt in tripli differentia: alijs enim ostenditur, licere imagines visionum sive apparitionum Dei & trinitatis facere, alijs Christi, alijs sanctorum.

75. Dei imaginem dum licitum esse facere afferimus, de ejus apparitionibus loquimur, quas representare pingendo, fundendo aut sculpendo concessum esse statuimus; non de ejusdem essentia: quam ulla figura exprimi posse, nedium debere,

deberē, negimus: idq; propter rationes cum alias, tum quatuor illas, quae sunt apud Damasc. l. 4. *ad Euseb. misc. c. 17.*

76. Argumenta nostra sint hæc dno: 1. Historias & apparitiones illas Dei licet per scripturam exprimere. E. & per picturam. 2. Omnes alias sacrae scripture historias & acta pingere & sculpere licet. E. etiam hanc, quæ apparitiones Dei repræsentet.

77. Christi, & in primis crucifixi, imaginem facere, idq; cum conjunctim, rūm separatim sive crucis solius, esse licitum probari potest, 1. factō Dei, qui præsigurari futuram crucifixionum imagine serpenti aenei voluit, Num. 21. v. 8. & 9. Ioh. 3. v. 14.

78. 2. exemplū primitivæ ecclesiæ & patrum: vide Euseb. lib. 7. c. 14. Sozomenum lib. 5. c. 20. Niceph. lib. 6. c. 16. Cyrillum lib. 6. contra Julianum pag. 134.

79. 3. A consensu aduersorium nonnullorum, Martyrius L.C. T. 1. classe 2. loco 5. §. 10. & n. Zanchij in explic. secundi præcepti p. 353.

80. Sanctorum imagines verae, b. e. eorum, qui unquam vixerunt, & memorabilium factorum ab ipsis designatorum, quatenus licitas esse dicamus, ex ante dictis in explicatione status planum est: fundamenta nostræ sententiae partim à natura adiaphororum, partim ab exemplo primitivæ ecclesiæ, in qua sanctorum imagines fuerunt, saltem post quartum seculum, desumē possunt. Sed de priori ex dictis patet, de posteriori, cui liber, ex Cheminius parte 4. Exam. pag. 26. a. b. pag. 27. a. & in primū p. 29. a. & seq. abunde cognoscere licet: itaq; finem hic facimus, Deum opt. max. veritatis, pacis & concordia salutaris auctōrem unicum precati, per filium unigenitum D. N. I C. ut ecclesiam suam ab omnibus, quæ magis quæstiones quam ædificationem Dei, quæ est per fidem, parant, 1. Timoth. 1. v. 4. clementer & potenter liberet, & præclarum depositum suum apud nos servet, ibidem c. 6. v. 20. 2. Tim. 1. 14. ejusq; fructus, qui consistunt in pietate & honestate, 1. Tim. 2. v. 2. & quæ ad hōjē proferendos summopere necessaria est, quietem & tranquillitatem publicam nobis benignè conseruet, A M E N.

## COROLLARIA.

2. An episcopi & sacerdotes sint ministri baptismi ex officio, diaconi ex commissione? Resp. affirmant Pontificij, nos negamus.

2. An Calvinus sibi constet, secumq; consentiat, de laicorum baptismo, quem manifestam profanationem & baptismum adulterinum vocat, epist. 326. & tamen à viris in nascente ecclesia administratum ferendum esse, nec ita baptizatis de vero baptismo anxie disquirere necesse esse aut expedire ibidem ait? Resp. negamus.

D 35

3. An

3. An Athanasij pueri , ludentis cum ~~x~~ equalibus, baptismus fuerit verus? Resp. affirmavit Alexander episcopus Alexandriæ : vide Sozomenum lib. 2. c. 16. Niceph. lib. 8. c. 44. nos negamus.

4. An pastores spurijs, in ecclesia natis, baptismum circa certæ pecunia numerationem denegantes contra officium faciant? Resp. affirmamus.

5. An baptismi formula, qua utitur ecclesia, sit  $\alpha\gamma\eta\alpha\phi\circ$ ? Resp. affirmat Bell. lib. de bap. c. 3. Beccanus in disp. de judice controversiarum, th. 33. nos negamus.

6. An immersionem baptizandi, quam necessariam multi putant propter vim vocis græce  $\beta\alpha\theta\mu\zeta\omega$ , licuit ecclesiæ ex charitate & necessitate sive propter teneritatem infantum , mutare in aspersionem? Resp. affirmat Keckermannus lib. 3. syst. theol. c. 8. p. 437. & seq: nos negamus.

7. An exorcismus noster & Pontificius re ipsa convenient? Resp. neg.

8. Utrum consultius sit interrogari infantis patrem de fide , quam hic habeat, quam patrinos , de fide infantis? Resp. prius placet VVolfgango Musculo in L. C. pag. 340: nobis posterior.

9. An si nemo fidejubeat, baptismum profanari, pollui, totamq; actionem iusoriam esse certum sit? Resp. affirmat Calvinus , & quidem de testib. baptismi ep. 149. 285. nos non solum negamus, sed etiam assertiōnem contratam in scripturam Deumq; ejus auctorem , nihil de fidejussoribus in ea præscribentem, contumeliosam esse statuimus.

10. An obsignari fides parentis in infante queat? Resp. affirmat VVolfgangus Musculus in L. C. p. 340. nos negamus cum ex alijs fundamentis , tum ex Bezae assertione parte 2. resp. ad coll. Mompelg. p. 62. ubi ait, obsignari, quæ ante habentur.

11. An baptismi necessitas ab Africanis episcopis Pelagio resistentibus primū sit investita? Resp. affirmat Beza ep. 8. p. 75. nos negamus, & huc ex Calvini lib. 4. inst. c. 15. §. 20. referimus, quod scribit, in primitiæ ecclesiæ exordio usū receptum fuisse , ut in periculo mortis laici baptizarent, si minister in tempore non ad esset; ex quo non obscurum est, quid de necessitate baptismi eadem ecclesia ante Pelagi exortum senserit.

12. An vehementer laudanda esset eorum principum religio & pietas, qui animadversionem ob grave aliquod scelus , sacerdotibus (adulta ætate baptizatis) respitterent ac condonarent, ut Dei gloria in suis sacramentis illustrior fieret? Resp. affirmat Catechismus Romanus parte 2. cap. 1. de baptismō, §. 34. nos negamus, qui istam assertiōnem non modō impiam, sed ecclesiæ & civili societati exitiam censemus.

13. An ex J. Petri. 2. v. 5. & 9. ubi omnes Christiani regale sacerdotium appellantur, firmiter concludere liceat, pastoribus paganis, collegam non habentijs, concessum esse, sibi ipsi coenam porrigeret? Resp. Neg.

14. An

14. An preparatio ad cœnam & probatio suipius, de qua agit apostolus  
Corinth. c. II. v. 28. sint unum & idem? Resp. neg.

15. An Paulus I. Cor. II. v. 27. & 29. agat de secundo genere convivarum,  
(ex triplici illo, quod Bucerus constituit Tomo Anglicano pag. 666. in explica-  
tione articulorum concordiae Vitebergenensis) qui quidem credunt, sed Dei do-  
num in sacramento non dignæ perpendunt? Resp. affirmat Zanchius in observa-  
tionibus fidei super confessioni subiunctis, pag. 255. & seq. ubi argumentis aliquor  
id ipsum probare conatur: nos negamus: de argumentis contrariis in ipsa etiam  
cum volentibus agemus.

16. An sint aliquai indigni convivæ cœnae Dominicæ, qui veram fidem ha-  
bent, & utuntur cœna ad salutem? Resp. affirmat Martyr in comment. I. Cor. II.  
nos negamus, qui affirmativam contradictionem in adjecto laborare, & doctrinæ  
de justificatione per solam fidem repugnare statuimus.

17. Sitne bonus syllogismus, quem Bell. I. 4. de Euchar. c. 17. construit:  
Soli illi dignæ communicant, qui perturbatas habent conscientias, ut affirmat  
Luth. T. 1. lat. fol. 270. a. Soli infideles habent eas, inquit Bell. quia fides sola  
est pax conscientiæ; infidelitas sola est perturbatio ejusdem, ut ibidem Luth. aferit:  
E. soli infideles dignæ accedunt. Resp. affirmativa est Jesuitæ; negativa vero no-  
bis placet, qui medium terminum in majori de causa inferente perturbationem  
conscientiæ, in minori de causa impediente medicinæ applicationem accipi, atq;  
idcirco quatuor terminis arguuntur laborare statuimus.

18. An Lutherus & Kemnitius de adoratione in usu eucharistia contraria  
docuerint? Resp. Bell. lib. 4. de Euch. c. 19. affirmat: nos negamus.

## D. MARTINUS LUTHERUS T. 8. Jenensi, im kurzen Bekentniß vom S. Sacrament fol. 199. b. & seq.

**A**uso wirds die Schwermer nichts helffen/ das sie bey dem Sacra-  
ment sehr groß geweschtreiben/ von dem geistlichen essen vnd trin-  
ken des Leibs vnd Bluts Christi / vnd von der liebe vnd einigkeit  
der Christen. Denn das sind eitel Feigenbleter/ da sich Adam vnd  
Hera mit decken vnd schmücken wolten/ das Gott ihre schande vnd sünden  
nicht merken sollte. Viel weniger wird sie helfen/ ihr grosse erbeit mie-  
lehen vnd schreiben/ mit ernstem zuchtigen wandel/ Das ist noch alles  
heydnish ding. Dazu auch dis verloren ist/ das sie Gott den Vater/  
Sohn/ vnd heiligen Geist/ vnd Christum den Heyland gleuben. Alles/  
sage:

sage ich/ iſſs verloren/ mit allen Artikeln/ wie recht vnd vntrefflich ſie  
diefelben mit dem falschen leſtermaul nennen oder geben/ darumb das  
ſie dieſen einigen Artikel leugnen vnd lügenſtraffen/ da im Sacramene  
Chriflus ſpricht/ Nemet ( das Brod) vnd eſſet/ das iſt mein Leib/ der für  
euch gegeben wird / etc.

Ibidem fol. 200. a. Mochſtu ſagen/ Ach lieber Luther/ es iſt zu-  
hoffen/ oder je nicht zu besorgen/ das Gott fo fehr heftig vnd grauſam  
geſtrengt ſein ſolt/ das er die Menschen vmb eines Artikels willēn ver-  
dammen wolle/ wen ſie ſonſt andere alle Artikel trewlich halten vnd gleu-  
ben. Denn alſo tröſten ſich nicht allein die Reker/ ſondern auch andere  
Sünder/ wie Syrach ſchreibt/ als werde Gott ihre andere gute werck  
anſehen vnd gnedig ſein. Wie auch der König Saul ſeinen ungehor-  
ſam mit ſeiner Andacht vnd Opffer ſmücken wolte 1. Reg. 15. Gehen alſo  
dahin fein ſicher vnd gewiſ/ als hette es kein noth mit ihnen/ Die viel  
grosse werck vnd erbeit/ fo ſie ſonſt thun/ werden ein einiges ſtück überwe-  
gen. Dagegen iſt zusagen/ Das Gott viel weniger hoffen noch ſich ver-  
ſehen kan/ das ſeine arme/ elende/ blinde Creatur/ ſo toll vnd ſtols ſeit  
ſolt/ wider ihenen Schöpferr vnd HErrn/ das ſie ſein Göttlich wort/  
leugnen/ lügenſtraffen vnd leſtern würde/ Sondern alſo iſt ihm zu hof-  
fen/ das ſeine diemütige/ unterthenige/ gehorsame Creatur/ nicht ein ei-  
niges wort leugnen vnd leſtern/ ſondern alle vnd ein igleichs inſonderheit  
herlich annehmen/ vnd mit allen freudēn danken würde/ das ſie werd iſt  
ein einiges wort zu hören von iherem lieben Gott/ Da ſo ſiehet Gott an  
zugedenken.

Philippus Melanchthon in libello ſententiarum ſancto-  
rum Patrum de coena Domini, recuso VVitebergæ 1587. p. 51.

Ego ſcio quām leviter in tentatione exequiantur nobis ē manibus rationes ille  
diſſentientes à scriptura, quantumvis antea vīsa plauſibiles. Et accidit hoc in iſta  
controverſia ( de cœna ) magis, quām in alijs, quā universæ Ecclesiæ & toti imp-  
erio minatur horribilem mutationem.







14. An preparatio ad cœnā & probatio sui ipsius, c.  
1. Corinth. c. II. v. 2g. Sint unum & idem? Resp. neg.

15. An Paulus i. Cof. ii. v. 27. & 29. agat de secundo  
(ex triplici illo, quod Bucerus constituit Tomo Anglicano  
tione articulorum concordiae VVitebergenfis) qui quidem  
num in sacramento non dignae perpendunt? Resp. affirmat Z  
tionibus fidei sui confessioni subiunctis, pag. 255. & seq. ub  
idipsum probare conatur: nos negamus: de argumentis contra  
cum voluntibus agemus.

16. An sint aliqui indigni convivæ cœnæ Dominicæ, dent, & utuntur cœna ad salutem? Resp. affirmat Martyrin nos negamus, qui affirmativam contradictione in adjecto la de justificatione per solam fidem repugnare statuimus.

17. Sitne bonus syllogismus, quem Bell. l. 4. de Euc  
Soli illi dignè communicant, qui perturbatas habent cons  
Luth. T. 1. lat. fol. 270. a. Soli infideles habent eās, inqui  
est pax conscientiæ; infidelitas sola est perturbatio ejusdem, ut  
E. soli infideles dignè accedunt. Resp. affirmativa est Jesuita  
bis placet, qui medium terminum in majori de causa inferre  
conscientiæ, in minori de causa impediente medicinæ applic  
idcirco quatuor terminis arguit, utrius laborare statimur.

18. An Lutherus & Kemnitius de adoratione in usu e docuerint? Resp. Bell. lib. 4. de Euch. c. 12. affirmat: nos ne

D. MARTINUS LUTHERUS T. 8. Jene  
Bekentniß vom S. Sacrament fol. 199. b

**A**uso wirds die Schwermer nichts helfsen/ das sie  
ment sehr gross gewesch treiben/ von dem geistlich  
cken des leibs vnd Bluts Christi/ vnd von der  
der Christen. Denn das sind eitel Feigenbleter/  
Heva mit decken vnd schmücken wolten/das Gott ihre  
nicht merken solte. Viel weniger wird sie helfsen ih  
lehren vnd schreiben/ mit ernstem zuchtzgen wandel/  
Heydnisch ding. Dazu auch diß verloren ist/ das sie  
Sohn/ vnd heiligen Geist/ vnd Christum den Heylam

